

Tercius

Tractatus

Dicendum quod licet res significabilis per ordinem veram non convertatur secundum essendi consequentiam cum ordine vera, tamen res actualiter significata per ordinem et orationem vera convertuntur secundum essendi consequentiam, ita quod rem esse precedit ordinem veram tanquam causa sui effectum.

¶ Causa et effectus sunt simul per secundum modum simultatis, igitur causa non est prior. Anis probatur, quia causa et effectus sunt relativa, quod sunt simul natura. Dicendum quod quando causa et effectus capiunt formaliter per eam et effectus tunc sunt simul natura, non tamen quando capiunt materialiter et pro denominato.

Imul dicitur tribus modis. Primo modo dicitur simul quorum generatio est in eodem tempore, et neutrum est prius neque posterius, et hec dicitur simul tempore, ut duo gemelli nati in eodem tempore. Similiter subiectum et sua propria passio. Secundo dicitur simul quocumque convertuntur et neutrum est causa alterius, sicut quilibet relatiua ut dumplum et dimidium, pater et filius, et sic de alijs. Tercio modo dicitur simul que equaliter conditio dicit aliquod genus, ut homo equus leo asinus, et sic de alijs, que equaliter conditio dicit hoc genus animal. Et similiter differentie diuidentes aliquod genus dicitur simul, ut rationale et irrationale et sic de alijs. Ista autem duo ultimi modi dicitur simul natura, primus autem modus dicitur simul tempore.

Postquam petrus huius determinauit de postpredicamento dicitur quod dicitur ad cognoscendum ordinem superioris et inferioris inter se, hic consequenter determinat de postpredicamento simul, quod dicitur ad cognoscendum convenientiam plurius inferiorum in suo superiori. Et ponit tres modos simultatis. Primus modus est qui fundatur in ydempritate temporis. Secundus modus est quo relatiua ad inuicem conuertuntur, et dicitur similitas naturalis intelligentie. Tercius modus est quo egredientia vel egressa ab uno genere dicitur per uatione ordinis participatio unum genus simul. Et sic due species et differentie constituentes eas dicitur simul. Et hoc est quod per modum correlatiui continetur in his versibus. **¶** Pe dico simul quorum generatio nunc est. Que conuertuntur dicitur esse simul. Suntque simul spes genus unum conditio dicitur. Quorum modorum sufficientia sic habetur, nam quocumque sunt simul vel sunt simul tempore vel natura. Si sunt simul tempore sic est primus modus. Si sunt simul natura hoc est dupliciter, vel talia sunt simul in natura diuisionis vel relationis, si sunt simul in natura diuisionis sic est tertius modus, si in natura relationis sic est secundus modus.

¶ Illa que sunt simul natura sunt simul tempore, ergo primus modus non distinguitur ab alijs. Dicendum quod alia et alia ratione dicitur simul tempore et simul natura, et ergo etiam ponitur modi distincti

eti, ut patet in assignatione modo. Et differunt, quia inter illa que sunt simul primo modo unum est causa alterius, non autem inter illa que sunt simul secundo modo.

¶ Quing sunt modi potis, ergo quing erunt modi simultatis. Consequenter probatur, quia tot modis dicitur unum oppositum quod modis dicitur et reliquum. Dicendum quod simul accipitur dupliciter, uno modo generaliter, prout dicitur uentientia aliquorum duorum in uno tertio, et sic sunt plures modi simultatis, quod hic ponuntur, quia aliqua dicitur etiam simul loco. Alio modo accipitur specialiter, prout est unum postpredicamentum, et secundum eius modi dicitur nos in cognitione predicamentorum, et sic sunt tres modi simultatis. Nam primus modus ualeat sic, quia in unoquoque predicamento sunt species habentes passiones que cum subiectis suis sunt simul tempore, et neutrum est prius aut posterius. Secundus modus ualeat precipue ad secundam proprietatem relatiuorum. Sed tertius modus ualeat ad cognoscendum quod in quolibet predicamento sunt differentie opposite que simul diuisiunt genus et constitunt species, et uniuersaliter omnia inferiora alicuius superioris dicitur simul secundum tertium modum. Vel dicendum ad argumentum quod simul et prius non sunt opposita sed disparata, nam prius pro opposito suo habet posterius.

¶ Puer et senex nunc uiuentes sunt simul tempore cum sint in eodem tempore, et tamen generatio eorum non est in eodem tempore, ergo male ponitur primus modus. Dicendum quod quis senex et puer sunt simul secundum aliquam partem temporis, non tamen sunt simul secundum totum tempus, quod est hic esse simul tempore. Sed dicitur, nihil habemus de tempore nisi nunc quod est unum, ut patet quarto philosophorum, sed senex et puer in illo nunc conuertuntur, ergo simpliciter sunt simul tempore. Dicendum quod tempus capitur dupliciter, uno modo quantum ad essentiam temporis, sed nunc. Alio modo capitur secundum esse temporis. Tunc dicitur et senex et iuuenis bene sunt simul in eodem tempore secundum essentiam temporis quod est nunc, non tamen sunt in eodem tempore secundum esse et essentiam simul, quia esse temporis consistit in successione.

¶ Causa est ad cuius esse sequitur aliquid, sed ad esse ipsius relatiui sequitur correlatiui, ergo relatiuum est causa correlatiui, et sic videtur et relatiuum et suum correlatiuum non sunt simul secundo modo. Dicendum quod licet ad esse relatiui sequatur esse correlatiui, non tamen sequitur casualiter et secundum naturam, quo modo effectus sequitur suam causam. Et quando dicitur, pater est causa filij, et tamen sunt relatiua. Dicendum quod pater materialiter et pro denominato est causa filij, non autem formaliter et per significato.

¶ Illa non sunt simul quorum unum est prius alio, sed una species est prior alia, ergo due species non sunt simul tertio modo. Minor probatur, quia species reum habent se sicut numeri, sed unus numerus precedit alium, ergo una species precedit aliam.

Dicendum quod species comparantur ad duo, uno modo comparantur inter se, et sic una est prior et perfectior alia. Alio modo species comparantur ad genus quod diuisiunt, et sic una spes non est prior alia, sed sunt coeque ue sub genere.